

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput X

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

um. Quod *Alianus l. 14. cap. 25.* de Antaceis ait, illos ætatis progressu ad maximi Thunni in Istro accedere magnitudinem, tam pingui abdomine esse, ut lactentis scrophæ ubera ventrem eorum dicas, aspero regi corio, ut eo perpoliantur hastæ, membrana à cerebro ad caudam tam stricta, ut ad Solem exsiccata flagelli loco esse possit, id de Husonibus accipiendum est. Eos enim magnitudine pondo quadringentorum se vidisse scribit *Vadianus in Epitome trium terræ partium.* Tam timidi sunt, ut à minimis pisciculis terreatur. Cantum sequuntur tubarum, adeo, ut ex adversa accedant ripa. Tanti denique in aquis roboris, ut cauda piscatorem si percusserint, de navi deturbent, quam primum caput aquis extulere, invalidi redduntur. Vino generoso potantur, & inebriati plures dies vivunt, exportantur ad externos. Bibunt autem vini sextarios quatuor.

## CAPUT X.

## DE LUCIO &amp; LUNA.

**V**entriculum gutturi ita continuatum *Lucios* habere *Albertus* scribit, ut aliquando eum aviditate cibi rejiciat: per multas vero ejus esse appendices, in quibus chylus confectus servetur, *Rondeletii* habetur observatione. Visus magnitudine insigni, qui alium insigniter grandem ventre contineret, & hic rursus murem aquaticum. Visus & alter in quo anseris pulli bini, visum denique fulicam in ejusdem repertam ventriculo. In extrema fame terreno vescitur pabulo. Cum rana naturale dissidium habet: hinc illi sæpe ab eadem effodiuntur oculi. Vulnera sua afflictu tincæ, cujus continuus comes est, sanat. Maxillæ ejus in pollinem redactæ, aurei exhibitæ pondere, calculos frangunt. Venter ei apud Anglos ad duos & amplius rescinditur digitos, & si emptorem non inveniatur, vulnere confuto vivario redditur, in quo tincæ degunt. *Causa* quamvis amicitie tribui possit, facius tamen

lento quo oblescit tinea humori adscribere, utpote quo vulnus consolidari possit. Lucius Frederici Imperatoris ducentos sexaginta septem annos in quodam stagno vixisse dicitur: id ex annulli ærei quem cum stagno eum inderet, in branchiis sub cute abdiderat, inscriptione græca, colligitur; quæ talis est. *Ego sum ille piscis huic stagno omnium primus impostus per mundi Rectoris Frederici II. manus, die quinta Octobris.* Fuit inventus iste annulus in capto eo lucio anno 1497, ut testatur *Covradus Celtes*, referente *Gesner*. in epistola nuncupatoria. Luna est piscis formæ pulchritudine eximius, exigua magnitudine, lata figura, idemque cyanei coloris speciem gerens, in dorso habet pinnas molles, quas dum in natando explicat, ad similitudinem Lunæ semicirculum efficit. *Alian. ex Demonstrato.* Plena Luna exsiccari & interire, ad plantasque admotum eas marcidas reddere, Cyprini piscatores vulgarunt.

## CAPUT XI.

## DE MANATI &amp; MERULA.

**M**anati ingens piscis est, qui in Hispaniæ fluminibus capitur. Caput ei bovis instar, vel etiam majus, oculi pro corporis magnitudine exigui, bini crassi pedes tanquam alæ, branchiarum loco, quibus natat, circa caput siti. Corio integitur, non squammis. Adeo magnus est, ut jugo bouum opus sit ad unum vehendum. Nonnunquam quatuordecim aut quindecim pedum longitudinem superat, octo vero palmorum crassitudinem; circa caudam strictior est, & quasi præcinctus, à qua strictura deinceps cauda longior & crassior fit. Lapidem quosdam, sive porius ossa habet in cerebro bina, parvæ pilæ palmariæ magnitudine, aut nucis balistæ, ac interdum majores, pro piscium magnitudine. Auribus caret, sed earum loco exigua foramina habet, per quæ audit. Ejus corium simile ustulaci bovis corio digitum densum, cineraceo colore, rarisque pilis præditum. Cauda à strictiore illa parte ad

ex-

P I  
 erentem usque tota  
 rita, deinde Soli per  
 nificata, tandem  
 multa pinguedo elicit  
 ntilivint. Ad ova  
 Nam nec cancelli ve  
 tucant, & docilis est  
 memorem ex Franci  
 niam captum Regula  
 ra, viginti sex annor  
 thalisse fertur, adeo  
 gendam, ut veter  
 manu sumptis cibis  
 magnificum corium  
 ad ades cibi sumen  
 remeasse, comitibus  
 lectari videretur, et  
 tem, densi firmi ex  
 la difficultate transfe  
 dam periculum face  
 esse, bastam vider  
 specto aliqua Christi  
 ex aqua emergere  
 nico Flavio, & in l  
 reeribus, magna  
 Merula nil comedi  
 Mas maxime zeloty  
 le ne invidia inferat

C A  
 DE MIR  
 & MC

M  
 In mari, inq  
 venant, dantur su  
 captus est piscis vol  
 quatuor pedes longu